Um questio. Diuide in duas ptes pncipales.in pma tractat circa plures portiōes rei.in scda circa plures noīationes psone.pma subdiuidit̄ qꝛ pmo ponit p oꝛdinē tres q̄ōnes.scdo circa ipas remouet varias antiquoꝝ cōputatiōes.tertio inducit casum similē.quarto ex illo silī infert ⁊ simul soluit pdictas tres q̄ōnes. Notabilia collige ꝙ ad emptū vr̄ pmo quātū datū est.scdo ꝙ tñ nō ɔtingit vi ademptionis sꝫ cōcursus qꝛ duo insolidū vnā rem habere non pnt vt.ff.cōmo.l.si vt certo.§.si duobus vehiculū.⁊ ideo concursu partes faciūt vt.s.e.l.si foꝛtidianum.Scdo no.ꝙ verboꝝ multiplicatio nō necessaria.sensum enī mutat.⁊ ad hoc de auro et arg.leg.l.pediculis.§.labeo ⁊ de leg.ij.l.meuius.§.eum q.Jtē no.ꝙ verbum sepius qñq̄ significat ternum vel quaternum actum vt hac.l.colligitur qñq̄ binum vt.d.§.eum qui Ric.et p hoc.s.si sepius in inte.restitutio postuletur de hoc in alphabeto sub lr̄a s dictione sepe ⁊ sepius ⁊ per Archi.ex̄ de elec.c. qꝛ sepe.pma ergo pars q̄ durat vsq̄ ad.§.sed ⁊ aliam hoc dicit in effectu ꝙ qui legat primo vni totum deinde alij partem videtur partem eximere a toto.Modo expedit declarari glo. hic positam que magis indiget declaratione q̄ tex.glos.enī in sui principio ad hanc partē signat plura contraria simul.quorum aliqua nō debuerunt signari aliqua aliter signari aliqua recte signantur sꝫ obscure soluūtur.⁊ primo lex si ita de lib.et posthu.nō debuit signari p contraria qꝛ hic loquitur de hereditate diuidēda in casu a testatoꝛe puiso in quo dubia est mēs testantis.lex cōtraria loquitur in casu a testatoꝛe nō puiso sed omisso in quo sumitur cōiectura ex alio casu puiso sic ⁊ al's in aut̄.de heredi.⁊ falc.§.si quis aūt ad.l.marcellus.j.rūso.ff.ad trebel.dicit glo.ꝙ hic loquit̄ qñ legatum fuit primo plus.scdo minus.ibi econtra qꝛ primo legauit trecenta ⁊ rogauit de restituenda hereditate secundo que valebat quadraginta ⁊ sic pl⁹ relictum est secundo quā primo.⁊ ratio diuersitatis dicit glo. est quia de pluri potest adimi minus sicut pars de toto sicut fuit hic.sed de minoꝛi non potest adimi ꝙ est plus.⁊ ideo in.l. contraria nō adimitur primo ꝙ datur secūdo.vnde secūdus cui plus datū est plus hꝫ ⁊ ita dicit glo.sed Jac.de ra.non facit vim vtrum primo legetur plus.⁊ secundo minus vel econtra.sed dicit ꝙ in dicta.l.marcellus ⁊ precedenti ita fuit de facto ⁊ idem esset econtra.dicit ergo ꝙ illa non debuit signari p contraria

contraria qꝛ alio casu loquitur quã hic. lex enim ista loquitur vbi primo ꝛ secundo legauit easdem res sub designatiõe certi numeri vnciarum vel quotarum partium ibi nõ sic. sed sub nomine certarum rerum. Nã habens sola quadraginta in bonis cum plus se habere putaret vni legauit treceñta alijs per fideicõmis. totam hereditatem relinquit. vnde quadraginta in quattuoꝛ partes diuiduñ. tres hꝫ legatarius. quartã fideicõmissarius. non est ergo curandũ an primo legauerit trecenta ꝛ postea relinquat hereditatem ꝑ fideicõ. vt de facto fuit in. d. l. marcellus. ꝛ. l. precedenti an econtra. ꝛ ꝙ quis possit errare in patrimonio ꝛ facultatibus suis credẽs plus habere ꝙ̃ habeat probatur in institu. quibus ex causis manumittere nõ lꝫ §. j. ꝛ hanc sequuntur. M. fil. Pe. ꝛ Ol. ꝛ alij moderni. Ad. l. si ita. §. quidam. de heredi. insti. ꝛ. l. interdum. §. sed si excesserit eo. ti. que sunt vere cõtraria premittendũ est ꝙ as cõtinet duodecim vncias in quas regulariter diuidiẽ hereditas vt instituta de heredibus insti. §. hereditas. põt tñ testatoꝛ in plures vncias diuidere. ꝛ tunc diciẽ transire ad dispondium. ꝛ id dicit glo. licet obscure. aut certum est testatorem voluisse asseꝫ excedere aut certũ ẽ ꝙ noluit excedere aut dubitatur quos casus glo. prosequiẽ. sed quidã moderni eã reprobant vltra medium dum dicit ꝛ his duobus casibus ꝛc. ꝛ dicunt ꝙ dꝫ dicere isto vltimo casu qꝛ non hꝫ locum ꝙ ꝓsequiẽ in primo casu. s. qñ expresse voluit excedere assem. sed solum qñ tacite voluit excedere relinquendo primo minus secundo plus. Nam vbi expresse voluit tunc excessit quãtum ad numerum ꝛ quãtum ad quãtitatem sed quando tacite quãtum ad numerum excedere voluit nõ quantum ad quãtitatem. quid vult dicere glo. per ista verba obscura. dic ꝙ excessit assem numerãdo cum enim primo numerauit sex. et postea duodecim excessit assem verbis qꝛ sex ꝛ duodecim non possunt cõtineri sub asse qui est duodecim tantum sed non excessit quãtum ad quantitatem ꝛ sic transiuit computatio ad dispondium ꝛ vult dicere glo. ꝙ nõ excessit assem ad quãtitatem vnciaꝝ qꝛ ibi diuiditur hereditas in. xviij. vncias quelibꝫ vncia est minoris quãtitatis quã sit qñ diuiditur in duodecim tm̃. vult ergo dicere glo. qñ testatoꝛ legat primo sex postea scd̃o duodecim ꝙ non excessit assem quãtum ad quãtitatem nõ eñ fiet sic diuisio sicut si ad dispondiũ transisset qꝛ vbi testatoꝛ legat plusꝙ̃ habeat in bonis non põt impleri legatum. ꝛ ideo ꝑ cõiecturã fit diuisio de eo ꝙ habuit testatoꝛ vt ille cui legauit duodeciꝫ habeat duas partes ꝛ ille cui legauit sex habeat tertiã. ptꝫ ergo cum glo. dicit in his duobus casibus ꝙ male dicit in vno. s. in primo qñ expresse voluit assem excedere ꝛ verũ est ꝑm Cyn. et modernos ꝙ glo. sic iacens simpliciter male dicit. dicit tamẽ se nescire vtrum hec glo. fuerit glosatoris antiqui vel non. vñ Ja. de ra. dicit ꝙ glo. habuit aliũ respectũ. dicit eñ ꝙ ista gl. tracta fuit de summa Az. de heredibus insti. §. scripti autẽ ex asse. ꝛ. §. precedẽtibus. vbi est vnus alius casus qui deficit hic in glo. ponatur ergo casus ille hic ꝛ sic erunt tres ꝛ bene stabit glo. primus casus vbi primo totũ. scd̃o partẽ ꝛ istuꝫ casuꝫ omissit glo. tertius est vbi primo partẽ ꝛ scd̃o totũ. nõ bene sequitur ꝙ est in gl. ꝛ his duobus casib⁹. s. vltimis. ꝛ istos duos vltimos casus voluit supponere glo. cum dixit ꝛ in his duobus casibus. nam bene verũ est ꝙ his duobus casibus testatoꝛ voluit assem excedere quãtum ad numerũ nõ quãtuꝫ ad quantitatem vt transeat cõputatio ad dispondium vt in primo membro huius distinctionis trãsit cõputatio. loquiẽ ergo lex ista vbi primũ instituit in duodecim secundũ in sex sed si conuertas ꝙ primũ in sex scd̃m in duodecim tunc erit aliud. dicit glo. ꝑ rõnem demonstratiuã. s. tactam ꝙ minus põt adimi de pluri nõ econtra. Ja. de ra. dicit idem in vtroqꝫ casu ꝛ non est spectandus ordo scripture. vt. ff. de solu. l. nec eñ. ꝛ ꝙ arguiẽ ꝙ istud ꝙ datur secundo videẽ adẽptũ primo intelligit Pe. verum esse ꝑ cõcursum nam cũ testatoꝛ legat mihi totũ postea tibi dimidiam nihil adimit mihi qꝛ si esset mihi ademptũ non essemus re cõiuncti ꝛ sic nõ esset locus iuri accrescendi. ꝛ ideo totum qd̃ datum est mihi durat sed tu legatarius cõcurrẽdo mecum facis mihi partẽ. vt. s. e. l. si fortidianum. circa tertiuꝫ membrum distinctionis qñ est dubium vtrum testatoꝛ voluerit transire ad dispondium. dicit glo. ꝙ presumiẽ voluisse excedere assem ꝛ sic põt intelligi hec lex vt loquaẽ duobus casib⁹ s. qñ cõstat voluisse assem excedere ꝛ qñ dubitaẽ ar. ff. de here. insti. l. qui nõ militabat. §. ij. sed ibi nõ diciẽ hoc immo notatur ibi ꝙ hec lex corrigit illã. ℂ Op. insti. de here. insti. §. videamus. dic aut scd̃m instituit ex asse hoc expresso ꝛ habẽt locum que dicta sunt supra aut sine pte ꝛ tunc ad solã vacantẽ partẽ admittitur: vt. d. §. ℂ Op. quõ ex volũtate testatoris põt augeri hereditas dic ꝙ nõ augeẽ qꝛ quãto in plures vncias diuidit tanto quelibet vncia minus valet vt predictum est reassumendo ergo breuiter dic aut contingit casus a testatore nõ expressus ꝛ dic sumendam cõiecturam ex casu expresso ad nõ expressum ꝛ ita loquitur lex si ita de libe. ꝛ posthu. aut contingit casus expressus ꝛ tunc aut testatoꝛ disposuit scd̃m assem aut infra assem aut vltra. Primo casu capit qlibet scd̃m ꝙ testatoꝛ disposuit. vt. s. de edic. diui adri. tol. l. fi. ꝛ. ff. d̃ here. insti. l. si qs ita. aut disposuit infra assem. ꝛ hoc ꝯtingit altero d̃ duobus modis. primo qꝛ partis dispositio deficit et tunc cuilibet aliorum pro rata accrescit: vt. s. de impube. ꝛ alijs substitu. l. j. aut qꝛ ab initio expresse omisit de pte disponere ꝛ tunc aut aliquis est sine parte institutus ꝛ ille capit qd̃ deest alias accrescit cuilibet portio vacans pro rata vt. d. §. videamus. insti. de heredi. insti. ꝛ. ff. de here. insti. l. item qꝛ sabinus. ꝛ. l. quesitum. aut disposuit vltra assem ꝛ tunc aut per verba numeri vnciarum vel quotte ꝛ tunc aut certũ est ꝙ voluit trãsire ad dispõdium aut certũ est ꝙ noluit aut dubitatur. Primo casu trãsitur: vt. l. interdum. de heredi. insti. secũdo non in dubio distingue aut primus partem deinde totum tunc non excedit assem quo ad numerum vnciaꝝ sed quo ad quãtitatem cuilibet pro rata diminuiẽ ꝛ sic põt intelligi ꝓ realle. l. interduꝫ. ꝛ. l. si ita. §. quidam. ꝛ sic intelligit glo. d. l. marcellus. ad trebel. lꝫ Jac. de ra. aliter intelligat vt predixi. aut primo totum deinde partẽ: ꝛ tunc ꝙ confert secũdo adimit primo. vt hac. l. aut disposuit non per modum quotte vel numeri. ꝛ tunc aut in vnũ singulariter in alium vniuersaliter ꝛ locum hꝫ lex qui quadraginta ꝛ. l. marcellus. aut in quẽlibet singulariter. ꝛ tũc lex qui testã de leg. j. ꝛ instituta ad. l. falci. §. fi. Querit glo. si vni assem alij semissem tertio sextãtem. i. duas vncias relinquit nungd hic tertius diminuet primo tm̃. vel secũdo tantũ. vel vtriqꝫ glos. tenet ꝙ vtriqꝫ pro hoc. d. l. qui testã. §. j. ꝛ de leg. j. Sed iste articulus non videẽ bene expeditus. nã aut intelligem⁹ ꝙ vtrisqꝫ diminuat ꝓportionaliter ita ꝙ hic tertius habebat sextãtem integrum. et primus ꝛ secundus habeant decem vncias i. quilibet quinqꝫ ꝛ istud esset male dictum ꝛ lex illa si quis testamento nõ facit pro hoc immo cõtra. Sed si intelligaẽ ꝙ primus cui legatus est totus fundus habeat dimidiã solus: secũdus cui legata est dimidia non habeat dimidiã solus sed pro rata sibi detrahaẽ tunc bonus est intellectus ꝑ. d. l. si qs testã §. j. vnde legatarius sextantis non habebit sextãtem integrũ sed capit proportionabiliter ab vtroqꝫ vt dictũ est ꝛ ita dꝫ intelligi glo. ꝑm Ja. de ra. ꝛ sic secundum eum sextans defalcaẽ de portione secundi. Sed istud nõ credit Pe. lꝫ enim verum sit ꝙ si testatoꝛ legat primo totum. ꝛ secundo dimidiam ꝙ primo videatur ademisse tñ vbi instituit primum in totum secundum in dimidiam tertium in sextantem tunc non procedit ꝙ primus habeat demidiã secundus dimidiã. ꝛ terti⁹ diminuat de portione secundi. sed hereditas diuidẽda est in portiones vt sicut voluit primũ habere duplũ plus ꝙ̃ secundũ ita percipiet ꝛ sic voluit scd̃m habere duas partes plus ꝙ̃ tertium ita secundus ꝑcipiet duas partes ꝛ tertius vnã qꝛ sic intelligiẽ honoratus ar. d. l. si quis testã. §. j. Ad secundam partẽ huius l. opponiẽ. ff. de pecu. l. dñs seruum. §. dñs glo. hic diuinando soluit. ꝛ ideo solue vt in contrario notatur. ℂ Item op. de. l. iij. de stipu. seruoꝝ. ꝛ hic ꝛ ibi soluit pluribus modis vbi approbatur ꝙ non hꝫ plus qꝛ sepius noiatus. sed qꝛ sic voluit seruus sic ꝛ hic testatoꝛ posset si vellet: vt hic in fi. l. moderni non placet immo dicunt ꝙ ibi fuit copula hic non. Nam in. l. ista dixit lego titio funduꝫ seio lego fundum titio lego fundũ ita ꝙ hic nulla est copula que coniungat titium ꝛ seium. sꝫ in l. contraria fuit cõiunctio intermedia qꝛ dixit titio ꝛ meuio ꝛ titio. Nam rõne coniunctionis titius ꝛ meuius habebunt dimidiam fundi qꝛ quasi vna persona censetur ꝛ titius pro ea ꝑte pro qua non fuit coniunctus habebit aliam dimidiaꝫ ꝛ sic tres partes fundi in cuius vnaꝫ non obstabit ꝙ titius fuerit coniunctus quo ad aliam partẽ qꝛ alia cõiunctio q̃ postea sequitur nihil operatur qꝛ nõ potest copulare eandem ꝑsonam ad seipsam nihil eñ esset dicere lego titio ꝛ titio qꝛ de natura copulatiue est copulare diuersa. vt. ff. de fun. instruc. l. quesitũ §. penul. ꝛ. l. cum delanionis. §. cui fundum. ꝛ ꝙ diuidat in ꝑtes vt. l. si ex toto. de leg. j. ꝛ de leg. iij. l. re coniuncti. ꝛ de vsufru. accre. l. j. ꝛ hec fuit opi. Jac. predicti quam sequitur Pe. ꝛ Mar. fil. ꝑm Cy. vel dic ꝑm Old. ad vtrũqꝫ contrarium aut repetitio fit vniformiter semper vt proprio nomine semꝑ vel appellatiuo semper ꝛ obtinet hec lex aut difformiter. i. appellatiuo nomine ꝛ proprio ꝛ obtinent leges cõtrarie in ꝓ realle. enim. l. iij. de stipula. seruorum. primo per appellatiuum. secundo per proprium nomen fuit seruus vni ex dñis stipulatus. ꝛ in. l. dñs. §. dñs. ꝓmo fuit vicarius legatus sub appel

latione peculij.secundo sub expressione nominis proprij. hic autem semper eodē modo.⁊ pro hoc.ff.de vsufruc.l.si alij.§.j. Si in cōtrarium multū facit.ff.de dote plegata.l.ij.§.fi. Sed ibi erat legata primo spēs postea genus quo casu geminatio legati nō inducitur sed ex habūdanti species legata videt̄ vt ff.de fun.instruc.l.quesitum.§.penul.⁊ ibi notat̄.⁊ de reb.du. l.j.⁊ predicta sol.hic tangit̄ in glo.in scđa solutione lз non sic clare ⁊ lз glo.eam reprobet ⁊ male ſm Rich.Dy.in.l.contraria sequi videtur primam solu.glos. que est hic.tertia.s.ꝙ hic in vltima voluntate ibi in cōtractu.Et predicta faciunt ad q̄stionem si testator relinquit cuilibet fratri cōuentus ꝑdicatorum.x.⁊ priori bibliam vtrū prior dз habere.x.sicut alij ⁊ nihilominus bibliam.videtur ꝙ sic per.d.l.iiij.de stipu. seruorum vbi de hoc dixi de vulg.⁊ pu.substi.l.coheredi.§.qui patrē.et de adimen.leg.l.alimenta.§.basilice. In cōtrariū est de vbo. obli.l.doli clausula.⁊ de penis.l.sanctio legū.Pe.distinguit aut primo dixit lego priori bibliam ⁊ postea dixit cuilibet fratri.x.⁊ tunc aut legatum est reiterabile vt in ꝓposita qōne et habebit decem ⁊ bibliā:vt.d.l.iiij.⁊ de annu.leg.l.titia.§.qui inarchio.al's incipit qui marcho. ⁊ facit qđ dixi.j. de pig.l.ij. Dy.vero aliter distinguit extra de reg.iu.c.generi per speciē lib.vj. ¶ In glos.s.alijs in fi.vel dic coniunctim etiam alijs legatis interpositis vt si legat mihi ⁊ titio si prius mihi legauerat sepius.Rich.

Cum quidam. Ibi alium substitutum nō institutū sed extraneū.Nā si institutū substituisset bene posset fideicōmisso grauari vt.ff.de leg.j.l.plane.ij.in pn. Rich.⁊ ad.l.falci.l.in rōne.§.fi.⁊ ſm glo. hec lex loquit̄ ꝑ antifrasim cū dicit ꝙ pater filio affectionē ostendit quē exheredauit.Rich.⁊ Pe.dicunt ꝙ ꝓprie loquit̄ ⁊ in hoc ondit affectionē qz sibi substituit cū testari nō posset ⁊ sic ꝓuisio fuit.vt s.de inoffi.testa.l.ex tribus.⁊ de impube.⁊ alijs substi.l.humanitatis.⁊ ibi notatur. ¶ Item oppo.glo.de.l.v.que incipit si fuerit.§.si qs de leg.ij.⁊ dicit ꝙ spāle est in isto casu.Sed rationem specialitatis nō assignat lз aliqui aliquā assignent. sз Pe.dicit aliquā validā assignari non posse.

Si legatarius. Duos ponit casus ⁊ secūdus venit similitudinarie ꝓpter primū.Querit glo.nunquid idē in herede supprimēte testm̄ vt hereditatē priuetur.⁊ lз ꝙ sic.sed Pe.dicit ꝙ lex quā glo.allegat loquitur in eo qui deleuit nō in supprimēte.⁊ iō secus dicit in eo ar.ff.d pe.l.interpretatione.⁊ de his quib.vt indig.l.rescriptū in fin. Cy.ad ar.in cōtrarium.s.e.l.si in fraudē.dic ꝙ ibi nō constabat de fraude hic sic vel ibi nō cōmittebat̄ fraus ad exclusionem vltime volūtatis sed vt metu litis facilius trāsigerēt. Itē not.ꝙ dolus alicuius nō dз sibi esse fructuosus ad hoc extra de offi.dele.c.statuimus.li.vj.de dolo ⁊ cōtu.c.ex lrīs ⁊ de rescrip.c.sedes ap'lica.⁊.c.plerūqз.de hoc plene notat̄ in brocardis de doli ꝯsideratiōe rubricella dolus cōmittēti nō ꝓcinatur ⁊ ꝙ dr̄ de le.relic.tutori.vide.s.e.l.ab administratione.

Illud. Dic aut adicit̄ cōditio ad finiendam perceptionē legati ⁊ habз locū hec.l. aut ad finiendā ex.l.nascentē obliga.⁊ hз locū contrarium in.l.signatū.d.e.l.nemo.ff.de leg.j. ⁊ hoc ꝑsequere.⁊ hoc latius notat̄ ꝑ Dy.ff.de vb.ob.l. stichū.§.stip. Item lex ista arguit de ɔtibus ad vltimas volūtates interdum ecōtra.vt.ff.de v.ob.l.ita stipulat'.ibi idqз defendit exēplo penus legate.⁊.j.ti.pri.l.cum quidā in fi.Circa qđ dic vt notatur ꝑ Dy.ff.de leg.j.l.seruū filij.§.eū qui in additiōe sua que incipit hoc ar.⁊ dicet̄.j.de.l.suffia canina.l.vnica.

¶ De verborum significatione. Rubrica.

¶ Super rubrica.Vide Az.in summa.e.⁊ Hostiē.⁊ Gof. in brocardis Azo.de vbo.sig.⁊ effectu rubricella de argumētis in causis.⁊ qđ no.ff.e.sup rubrica.⁊.e.ti.in alphabeto quē sub dicto titu.cōposui q vtilis est quo ad multa in alphabeto.et de significato multoꝝ verboꝝ dixi.s.de ꝓcura.aut.ꝙ ius ⁊ in Spec.de dispu.ta.⁊ allega.aduocatoꝝ.§.post hec aut.aduocatus rei ver.item clausula illa ⁊ per totum.§.

Prediis. Predio instructo legato q̄ ibi sunt ꝑpetui vsus cā legato cedunt.h.d. ¶ Opp.gl.de.l.si ita.§.domo de fundo instruc.tene vltimam sol.glo. quam approbat Dy.in.l.cōtraria.s.ꝙ illa intelligatur scđm istam quo ad hoc ꝙ si vinū est appositum gratia domus sicut fit in castris ⁊ fortalicijs cedat legato sicut ⁊ in fundo.cum eadem sit ratio sз hoc plus est in fundo quia regulariter vina sunt in predijs vt instruant ꝑdia ⁊ vt cultores eis vtantur ⁊ ideo legato cedūt nō sic in domo nisi appareat ꝙ instruendi cā vt predixi. Alia rō quā reddit glo.qz vinum nascitur in predio non in domo non placet Cy.ar.s.si cer.pe.l.non vnde originem.Ad aliud contrarium qđ dicit glo.non debere attendi cōsuetudinē patrisfami.per.l.j.§.si defunctus.de rebus eoꝝ.dicit Dy. qđ ibi nō erat cōsuetudo sed presumptio tacite volūtatis cui stetur nō in damnum pupilli.Sed certe ⁊ hic tractatur de presumptione voluntatis que ex distinctione rei perpetuo colligitur:vn̄ dic ꝙ ibi mutatur conditio persone ⁊ per consequens status rei ar.ff.de acqui.here.l.paulus.in fi.hic autem non est disparitas personarum.Cy.vel dic ꝙ hic agitur de verborum prolatorum interpretatione.⁊ ideo attenditur cōsuetudo patrisfami.ibi vero de actu iure cōi prohibito permissione quo casu consuetudo non attenditur.vt.s.de episco.audi.l.ij. Ja.d bel.⁊ Old. Item facit hec lex cum concor.ad qōnem quā vidi statuto cauetur ꝙ si in aliquo loco moretur bannitus teneat̄ cōmunitas ad certam penam aliquis bannitus transitū fecit per locum vel ibi paruam moram fecit: nunquid cōitas incidat in penam huius.l.cum concord.⁊ est argumē.ꝙ non quia mora non videtur fieri que est parua ⁊ non perpetua qz videt̄ alienus mente vt.ff.de capti.⁊ postli.reuer.l.nihil. de heredi. institut.l.ex facto.§.rerum.⁊.§.cum fundus.de leg.ij.l.quesitum.§.fi.⁊.l.si ita legatum.⁊.l.si fundum. ⁊ de iudic.l. heres absens.§.j.⁊.j.l.proxima. ⁊ est expressum.ff.si seruus expor.l. penul.⁊ ibi dixi.

Fundo. Instrumentum fundi pōt esse duplex vnū gratia tollendoꝝ colligēdorum ⁊ conseruandoꝝ fructuū. aliud gratia patrisfa.vt libri ad declarationem lecti ⁊ similia ⁊ legato fundo instruc. vtrūqз cedit legato.h.d.glo.tn̄ facit differentiam vtrū leget fundū cuз instrumento quo casu alienato fundo nihil valet legatū:secus si legat fundū instruc.vel fundum ⁊ instrm̄ qz tunc alienato fundo remanet legatū instrumenti patrisfa.vt.ff.de fun.instruc.l.si cui. ⁊ pro hoc instituta de legatis.§.si ancillas.⁊ est rō qz in istis duobus vltimis casibus duo sunt legata principali.⁊ iō vno reuocato ꝑ alienationem nihilominus aliud remanet sed in primo casu non qz dictio cū accessorie coniungit sed dictio ⁊ principaliter: vt.d. l.si cui.⁊.l.j.ij.⁊.iij.e.ti.nec ob.ꝙ dictio cū ⁊ dictio ⁊ solēt equipari:vt.ff.de leg.j.l.titie testores.§.nihil qz verum est qđ equiparantur in cōiungendo:vt.ff.de vsuf.accre.l.si quis titio. sз differunt in modo coniungendi qz dictio ⁊ cōiungit p' modū principalis sed dictio cum ꝑ modū principalis ⁊ accessorij si talia sunt ꝙ vnum poterat esse alterius accessoriū non alias vt.d.l.si cui.⁊.d.§.si ancillas.de peculio leg.l.j.⁊ depo.l.j.§.q̄ depositis.gl.tn̄ non stat in ista differentia.sed vltimo dat aliā quo ad cōprehensionē cuius rō est qz cuз dicit fundū instruc. comprehendit omne instru.ꝙ erat in fundo siue gratia fundi siue gratia patrisfa.sed in alijs casibus qz vtitur verbo singulari.s.instrm̄ vel cū instrō vnum tm̄ instrm̄ intelligit̄ non duo ⁊ ista videt̄ verior differentia ſm quosdam modernos.Sз q̄ro nunquid facta aliena.fundi:instrm̄ fundi sequatur emptorem.glo.hic vr̄ dicere ꝙ sic sed hoc est falsum.vt.ff.de fun.instruc.l.ij.§.dotes.de act.emp.l.fundi.in princ.de pecu.leg.l.si legatus.⁊ de contra hen.emp.l.quotiens.lз secus sit in fundo locato.vt.ff.locati.l.sed addes.§.illud.Cy.

¶ Cautionis appellatione quid contineatur.

Sancimus. Appellatione cautionis nuda ꝓmissio continet̄.⁊ ad hoc quotidie allegat̄ hec lex ⁊ dicit glo.nuda a fideiussore vel a pignore nō a stipulatiōe ita ꝙ gl.innuit ꝙ nō sufficit nudo pacto vl' vbo ꝓmittere sз teneat̄ ꝓmittere ꝑ stipulationē.Sз nunqd sub obligatiōe bonoꝝ suorū an vo sufficiat si se ꝑsonaliter obliget.glo.videt̄ innuere ꝙ sola ꝑsonalis obligatio sufficiat.⁊ pro hoc.ff.de ꝑto.stipu.l.ꝑtorie satisdationes vbi videt̄ sufficere obligatio ꝑsonalis sinē fideiussoribus.In cōtrarium videt̄ qđ sub obligatione bonoꝝ suoꝝ cauere teneatur. vt.ff.vt leg.nomine cauea.l.filio. ⁊ ibi in gl. ¶ Opp.gl.de.l.si mandato titij.§.fi.ff.manda.gl.dicit qđ ibi dicitur de idonea cautione ꝙ tollit contrarium.⁊ pro hoc extra de fideiusso.c.constitutus.de pigno.c.fi.de conse. dist.iiij. §.j.⁊ vt lite non contest.c.quoniam frequenter.§.in alijs.⁊ de hoc vide qđ plene notatur in.d.l.si mandato.§.fi.in glos.que fuit additio vbi tangitur questio si dictū est in venditione vel alio

alio contractu faciam te securũ ad sensum sapientis viri vtrũ teneatur dare fideiussorem. ⁊ glo. tenet ibi ꝙ nõ teneatur dare fideiussorem. contrarium videt̃ innuere glo. ff. de ver. ob. l. ex ea parte. ⁊ pro hoc. ff. qui satisda. cog. l. j. de vsufru. l. si cuiꝰ. de ope. no. nun. l. pretor. §. hoc interdictum. ⁊ hanc tenebat. d. Rich. d. l. j. qui satisda. cog. ⁊ ad hoc possunt adduci que notaui in simili qõne. s. de inoffi. testa. aut. nouissima in fi. qõis dñi Rich. ⁊ in Specu. de emp. ⁊ vendi. ij. colũ. versi. sed quid si in instrumento ⁊ ꝙ tetigi. s. de procu. l. j. circa princi. vbi Odof. ⁊ Ni. in decisa tenent ꝙ si contractus sit talis qui sui natura non exigat dationem fideiussoris vt est venditio vbi non tenetur venditor dare fideiussorem de euic. nisi expresse actum sit vt. ff. de euict. l. illud queritur. ⁊ tunc non possit arbitrari sapiens nec dictare qd̃ fideiussor detur. Sed eius arbitrium extendatur ⁊ valeat solum circa solennitatem ⁊ formam cõtractus: vt. ff. de here. insti. l. illa institutio. ⁊ ibi in gl. Si aũt est ꝯtractus qui sui natura exigit fideiussorẽ sicut sunt stipulationes pretorie: vt. ff. de p̃to. stipu. l. pretorie. ⁊. d. l. j. s. de procur̃. tunc possit sapiens arbitrari de fideiussoribus dañdis qꝛ arbitrari dʒ arbitrio boni viri. vt. ff. de verb. ob. l. continuus. §. cũ ita at bonus vir arbitratur scd̃m formam iuris ⁊ naturam ꝯtractus vt hoc nisi actum esset expresse de fideiussoribus dãdis: vt. ff. de colla. bo. l. j. §. iubet vel nisi adiceret verbũ idonee vt predictum est. ⁊ pro hoc. ff. de fideicõ. lib. l. iiij. §. adici. de vsur. c. quãꝙ. lib. vj. Ibi idonee caueatur. ¶ Item opp. glo. de. l. j. §. caueri. de colla. bo. ⁊ omissa solutione huius glo. dic vt not. in. l. contraria. s. ꝙ lex ibi vltra procedit dicendo de fideiussore ⁊ qꝛ etiam ibi est verbum recte vel cautio est sine fideiussore vt hic ꝺm. M. fil. vel dic ꝙ hic verbum cautionis sumitur proprie ⁊ stricte in contrario large ⁊ abusiue vel dic ad omĩa contraria ꝙ loquuntur in pretorijs stipu. vbi sui natura exiguntur vt fideiusso. vt dictum est. Ol. Alij dicunt aut verbũ cautionis profertur ab hoĩe aut a lege aut a pretore. Si ab homine vel a lege tunc aut fit mentio de verbo idonee vel recte caueatur ⁊ tunc ꝓpter illa verba cauetur cum fideiussore: vt. d. §. vlti. in. l. si mandato. ⁊. §. iubet. v̾si. caueri. de colla. bo. alias autem sine fideiussore vt hac. l. tertio casu qñ a p̃tore indistincte cuʒ fideiusso. vt. d. l. pretorie stipulationes hoc tñ nõ placet Ja. de ra. qd̃ qñ prefertur a lege intelligat̃ sine fideiussore qꝛ si quis hʒ debitorem in diem vel sub cõditione ⁊ suspectus sit põt petere cautionẽ de soluẽdo vt. ff. de iudi. l. in oĩbꝰ sed si tunc diceremus ꝙ sine fideiussore vana esset. l. prouisio. et pro hoc sol. ma. l. diuortio. §. interdum marito ⁊ qꝛ cũ lex p̃cipit caueri pretoria est ⁊ ab inuito exigitur. vt. ff. de preto. stip. l. j. in pri. ⁊ ibi notatur ergo exigit fideiussores vel pignora. vt d. l. pretorie. e. ti. ⁊ pro hac opi. facit extra de offi. ⁊ po. iudi. deleg. c. corã ⁊ hoc etiam notaui. ff. solu. ma. l. si constante. §. quotiens. ⁊ ideo ipse intelligit ꝙ qñ prefertur a lege ꝙ intelligat̃ cum fideiussoribus nisi aliter lex interpretur: vt. d. l. illud q̃ritur. ff. de euic. ⁊ hoc sequitur Pe. ⁊ placet Cyn. hic. Sed dici posset ꝙ rõne suspitionis exiguntur fideiusso. vel pignora vt d. l. pretorie. e. ti. qñ a lege prefertur. vt. ff. qui satisda. cogã. l. si fideiussor. §. fi. ⁊ ita tenet glo. ff. de peti. here. l. penul. que incipit cum idem videtur ergo probabiliter posse dici ꝙ regulariter nomine cautionis ex suo proprio significato fideiussores non contineat nisi ex natura contractus vel verbis adiectis aliud appareat vt qꝛ dicatur idonee vel recte vel similia vt p̃ dictum est. Sed nunquid cũ adijcitur idonea sufficeret hypotheca sine fideiussoribus. glo. in. d. §. fi. in. l. si mãdato. videtur tenere ꝙ sic ⁊ videtur casus. j. de oĩ agro deser. l. quicũꝙ. lib. xj. qd̃ quidam intelligunt cum obligatio hypothecaꝝ est idonea. al's tenetur idonee cauere. ⁊ ita innuit ibi textus dũ dicit obligatis fundis idonea cautione firmauerit vnde non dicit ꝙ idonea cautio sit obligare fundos. ⁊ pro hoc ꝙ fideiusso. dare teneatur facit. j. de fundis patrimo. l. quicunꝙ. lib. xj. ⁊ de locatione prediorum ciuilium. l. j. e. li. xj. ⁊ qꝛ tex. in. d. §. fi. in. l. si mandato titij dicit pignora non dicit hypothecas iter que refert qꝛ pignus transfert possessionem in debitoreʒ hypotheca non. vt. ff. de pig. act. l. si in rem. §. proprie. ⁊ vtilius est possidere q̃ a possidente petere ⁊ minus est dare fideiussores q̃ pignora vt notatur in. d. l. pretoria. de preto. stipu. ⁊ arg. ad hoc d. §. iubet. l. j. de colla. bo. ⁊ institu. de obli. que ex delic. nascũ. §. furti ar. tamen contra. xxiij. q. vlti. c. vt pridem. ⁊ qd̃ ibi notatur ⁊ ꝙ melius sit habere fideiussorem quam hypothecã probatur. s. de epis. ⁊ cle. l. omnes qui vbiꝙ. §. in hanc. ⁊ de sanc. episco. in aut. §. si quis autem. vbi ex priuilegio concedit̃ clericis ꝙ non dent fideiussores sed caueant sub hypotheca. quid si fiat mentio de sufficienti cautione. dic vt extra de resti. spol. c. ex transmissa. ⁊. c. litteras. ⁊ de iureiurãdo. c. ad nostram. de conuersione coniuga. c. ex publico. de dolo ⁊ contu. c. actio. li. vj. de sequestratione possessionum ⁊ fructuũ. c. ad hoc de ap. c. qua fronte. ⁊ de verbo. sig. c. ex parte. de competenti cautione. vide extra de senten. excõmu. c. solet. ⁊. ff. de iudi. l. si debitori. si conuenit plene cauere puto ꝙ teneatur dare fideiusso. qꝛ plenum compromissum dicitur vallatum stipu. vel pena: vt ff. de arbit. l. si cum des. §. plenum. Expeditis ergo videt̃ posse concludi ꝙ verbum cautionis simpliciter prolatum sui natura continet cautionem sine fideiussoribus nisi natura cõtractus suspitio persone vel alia adiectio puta idonee recte plene sufficienter vel similia aliud inducant. ¶ Vltimo notandum ꝙ hoc verbum cautionis cautela ⁊ similia plura habet significata vt notaui in alphabeto littera c dictione cautio et vide. j. de indic. viduita. aut̃. cui relictuʒ.

☞ Argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus est validum.



Um quidam. Primo ponit qõneʒ circa quattuor. s. circa institutionem legatũ libertatẽ tutelã. ⁊ varietates ortas circa eius solutionẽ. Scd̃o ponit suaʒ determinationem quã ꝓbat a simili. Tertio restringit eam circa personas. Circa res autem remanet disiunctio in sui natura. Quarto ⁊ vltimo extendit premissa ad ꝯtctus inter viuos. ꝑtes ꝑ se patẽt in littera. Litterã sic expone ibi inutilis ꝙ videbatur rõne dubij. vt. ff. de testa. tute. l. duo sunt titij. ⁊ de rebꝰ dubijs. l. si fuerit. M. fil. Ibi an occupantis. qd̃ videbatur vt ff. de re iudi. l. inter eos. ⁊ de ꝓcura. l. pluribus. M. fil. an ambo ꝙ videbatur disiuncta accepta ꝓ cõiuncta: vt. ff. e. l. sequẽti. M. fil. ibi aliquem ordineʒ ꝙ videbatur vt primo scriptus primo admitteretur. v. s. de nouo co. compo. §. quibus. ibi primis quidẽ ⁊c. ⁊. ff. de vsuf. l. quotiens. M. fil. primum. i. primo nominatum. Ibi quasi institutũ ꝙ videbat̃. vt. s. de edic. diui adri. tol. l. j. ⁊ de here. instituen. l. fi. M. scd̃m. i. secũdo loco nominatum. Ibi sigillatim. i. singulariter. vt. ff. ex quib. cau. ma. l. sed ⁊ si pretor. §. fi. ⁊ extra de testi. c. presentium. li. vj. ⁊ ibi per Archi. ⁊ in alphabeto sub littera s. Ibi quasi retentiore. i. posteriore ꝙ videbatur qꝛ vltima voluntas tollit primã. vt. s. de testa. l. hac consultissima. §. penul. M. fil. Ibi accõmodo hereditatis legati vel libertatis pupillis inferat̃ eo casu quo dictum fuit illum aut illum tutorẽ. incorrupta. s. vt disiunctio vl' disiunctiue accipiatur vt heredis ante morã sit electio. vt. ff. d leg. j. l. cum res. §. penul. Ol. in fi. Iste vltimus versi. potest legi vt referatur ad ꝓximum ver. sin aũt. s. vt re hac vel illa vendita altera tm̃ vendita intelligatur ⁊ sic disiuncta remanet in propria significatione sicut etiam accipitur in alternatiõe rerum facta in vltima voluntate. Item potest legi vt referat̃ ad ver. s. proximum superiorẽ vt sicut in alternatiua ꝑsonarum in vltima voluntate disiuncta accipitur pro cõiuncta sic ⁊ in contractibus. ⁊ secundum hoc vtraꝙ res videatur vendita ⁊ tunc obstant contraria in glo. signata. Mar. fil. No. ergo ex. l. ista ꝙ vbi disiuncta ponitur inter personas mutat naturaʒ ⁊ accipitur pro coniuncta ad qd̃ concor. ff. eo. l. sepe. vbi de hoc notat̃ bene ꝑ Dy. Si aũt ponit̃ inter res retinet naturã propriam. vt. ff. de iur. do. l. plerũꝙ. querit Odof. que sit ratio diuersitatis inter disiunctiuam rerum ⁊ ꝑsonarum ⁊ dicit ꝙ in disiunctiua ꝑsonarum ideo accipitur pro coniuncta qꝛ verisimile est testatorẽ hoc voluisse ⁊ heredi nihil nocet. ⁊ sequi debemus vestigia testatorum: vt. s. titulo proximo. l. conquestio. In alternatiua rerum secus qꝛ ibi heredi noceret si acciperetur pro coniuncta. ⁊ ideo non p̃sumitur hoc voluisse testator. Itẽ no. ex fine huius. l. ꝙ licitum est arguere † de vltimis voluntatibus ad cõtractus de quo dixi. s. tit. ꝓxi. l. fi. ¶ Op. glo. ad disiunctiuam ꝑsonarum. ff. de leg. ij. l. cuʒ pater. §. pe. hoc contrarium non soluitur hic in glo. Sed in. l. cõtraria soluitur lʒ obscure. ⁊ ideo dic ꝙ hic disponebat ꝑ noĩa ꝓpria vbi nulla affectio vel affectionis prerogatiua colligi põt. In contrario ꝑ verba appellatiua vbi secundum ordinem appellatiuorum ex quibus affectio colligitur etiam prerogatiua est colligenda. ⁊ ideo ibi disiuncta retinet ꝓpriam naturam ⁊ nõ accipitur pro cõiuncta. sed ordo seruatur vt ibi. ⁊ hoc voluit ibi dicere Roge. vel ꝺm Jac. de are. ibi admittuntur subsidiaria postremi. ⁊ ideo non resoluitur in coniunctam. ¶ Item opp. ad idem. ff. de v̂bo. ob. l. eum qui secũdo. §. qui sibi. vbi de hoc dixi sol. aut disiunctiua ponitur inter personas inter quas si poneretur copulatiua posset vtriꝙ acquiri. ⁊ tũc accipit̃ pro coniuncta et ita loquitur. vbi vero non possit vtriꝙ acquiri tunc videtur ille alius cui queri nõ posset adiectus ad solu-

tionem enim. ⁊ sic loquitur ille. §. ar. ff. de stipula. seruo. l. j. §. si
fructuarius. ¶ Item opp. ad idem. ff. de cõtrahen. emp. l. fun
dus. vbi in contractibus disiunctiua ꝑsonarum nõ accipitur
pro coniuncta so. ibi ponit disiuncta vbi si poneret cõiuncta
non quereret vtriq;. Nam nõ possum emere fundũ vt ibi q̃ra
tur obligatio ⁊ ideo nõ resoluitur ibi in cõiunctam arg. p̃alle.
§. si fructuarius. Sed ad hoc opp. q: ibi disiunctio ponitur in
ter ꝑsonas inter quas si poneret copulatiua quereret vtriq;
tamen nõ videtur accipi pro coniuncta. vt. ff. de stipu. seruo. l.
item si seruus. §. fi. ⁊ l. seq. dic ſm Pe. ꝙ ille corriguntur per
istam. Nam hic in fi. extendit dispositionem huius. l. etiam ad
contractus. ⁊ hoc satis colligitur ꝑ hanc. l. que dicit ꝙ iura ve
tera et etiã cõstitutiones in hoc variabant. Aduertendum tñ
est ſm Cy. ꝙ iure veteri aut ponebatur alternatio ad obliga.
aut ad solutionem aut erat dubium. si ad obligationẽ tũc im-
pediebatur obligatio: vt. d. l. item si seruus. Si ad solutionez
tunc non vitiabat obligationẽ. vt. d. l. eum qui. §. q sibi. Quã-
do est dubium aut alternatio erat inter res ⁊ tunc vtraq; est
in obligatione sed altera in solutiõe. vt. ff. de iur. do. l. plerũq;
⁊ de verb. ob. l. si duo. de quo tñ dic vt infra dicam aut inter ꝑ
sonas ⁊ tunc aut erat cõiectura ꝙ contrahens magis sibi vo-
lebat querere ⁊ tunc sibi querebat insolidum aut erat ꝯiectu
ra ꝙ nulli magis volebat querere ⁊ tunc iure veteri obliga-
tio impediebatur. vt. d. l. item si seruus. cum. l. seq. hodie corre
ctum est vt hic. ¶ Item oppo. ꝙ disiuncta posita inter perso
nas non accipiatur pro coniuncta. vt. ff. de leg. j. l. si ex toto. §.
j. dicit glo. que est ibi aut disiunctio ponitur inter grauatos ⁊
tunc remanet disiuncta in sua natura aut inter honoratos: et
tunc accipitur pro coniuncta vt hic. Sed huic solutioni vide
tur ob. ff. de leg. ij. l. si titio aut seio. sed ibi illud operat electio
heredi data vt ibi notatur ꝑ qd videtur esse contraria testato
ris voluntas adhuc ad hanc so. obijcitur q: tutela onus est et
tamen inter duos apposita disiuncta accipit pro coniuncta vt
hic dici potest ꝙ lz sit onus secũdario ꝑncipaliter tñ honor
est q: est potestas ⁊c. vt institu. de tutelis in prin. vel sic vt hec
lex innuit spãle in tutela vt maior prouisio pupillis inferatur
¶ Opp. ad id qd dicitur hic ꝙ disiuncta posita inter res re-
manet in sui natura q: immo accipitur pro cõiuncta. vt. ff. de
aur. ⁊ ar. leg. l. quintus mutius. j. in fine. sed dic ꝙ ibi disiũcta
fuit prolata a lege hic ab hoĩe. ⁊ ratio diuersitatis est q: disiũ-
ctiua artis pro vtraq; ꝑte dz esse vera. alias remanet lex incer
ta ⁊ in incerto prolata ꝙ esse non dz vt. s. in prima cõstitu. hu
ius libri. ⁊ hoc euidenter apparet hac. l. dum loquitur de iter-
dicto qd vi aut clam. vel dic ꝙ ibi terminus indefinit⁹ vniuer
saliter sumptus precessit ⁊ indefinita equipollet vniuersali vt
ff. de pig. act. l. si necessarias. §. si annua. M. fil. ¶ Item opp.
ad idem ꝙ disiuncta apposita inter res accipiatur ꝓ cõiũcta
vt dicto ti. de aur. ⁊ ar. leg. l. si quis ita. M. fil. dicit ꝙ ibi est ꝓ
pter indefinitam que precessit vt dictum est in precedẽti ꝯtra
rio. vel dic ꝙ disiunctiua alia simplex alia nõ simplex amplia
tionem importat disiunctiua simplex est q̃ sit ꝑ aut ⁊ tũc hz lo
cum hec lex. disiunctiua nõ simplex sz ampliatiua sit ꝑ dictio
nem seu ⁊ tunc accipitur pro coniuncta vt pz. d. l. si quis ita in
fi. ⁊ no. lxiij. dist. ego ludouicus de ipsa dictione seu dixi. s. de
procu. aut. qd ius. ⁊ in alphabeto sub lr̃a s ⁊ pro hoc. j. d his
que sub mõ. l. ij. vel dic ꝙ in. l. si quis ita p̃misso genere ponũ-
tur qualitates generis disiunctiue. ⁊ id magis coniungit siue
auget. secus qñ disiuncta ponit inter res ex toto diuersas vt
hic. ¶ Item opp. ꝙ in alternatiua rerũ aliud sit in contracti
bus q̃ in vltimis voluntatibus. vt. ff. de iure do. l. plerũq;. ⁊ d
leg. ij. l. lucio. dic aut queritur an sit idem quo ad hoc vt disiũ
cta proprie accipiat. ⁊ dic ꝙ sic vt hic ⁊ ibi an sit idem quo ad
potestatem electionis ⁊ tunc dic ꝙ nõ. ⁊ de hoc dic. vt. d. l. lu-
tio notatur q: aut testator dicit heres dato illam aut illã rẽ et
tunc heres elegit. vt. ff. de leg. ij. l. si ita. §. fi. ⁊ l. si quis duobus
heredibus. ⁊ de le. j. si qñ. §. j. Si dicit legatario ꝑcipito vl' ha
beto talem rẽ tunc elegit legatarius: vt de leg. j. l. plane. j. §. fi.
in prin. Si vero dicat illud aut illud tibi do. lego tunc etiã le
gatarius elegit: vt. d. l. lucio notatur. Iac. de are. Pro decla
ratione ergo totius presentis materie dic aut disiuncta ꝓfert
a lege aut ab homine. Si a lege accipitur pro cõiuncta vt. d. l.
quintus. de au. ⁊ ar. le. alias lex remaneret icerta vt p̃dictũ est.
Si ab hoĩe aut dictio disiunctiua est simplex aut non simplex
sed importat ampliationem. si est nõ simplex accipitur ꝓ con
iuncta. vt. d. l. si quis ita. de aur. ⁊ arg. leg. Si est simplex tunc
aut ponitur inter res ⁊ retinet suam naturam ar. d. l. plerũq;.
de iure do. circa fi. si inter personas aut ille persone habentur
loco rerum. ⁊ tunc idem vt. ff. de leg. ij. l. statuliberum. §. fi. aut
loco personarum. ⁊ tunc aut apparet proferentem voluisse ꝙ
remaneat in sua propria natura. ⁊ remanet vt. ff. de testa. tute.
l. tutor. ⁊ de leg. ij. l. si titio aut seio aut non apparet proferen-
tem sic voluisse. ⁊ tunc aut apponitur inter tales personas in
ter quas si poneretur copulatiua nõ posset operari. ⁊ tũc non
resoluitur in cõiunctiuam vt. d. l. fundus. de contrahen. emp.
⁊. d. l. eum qui. §. qui sibi. ⁊ ar. prealle. §. si fructuarius. Si ve-
ro profertur eo casu inter personas vbi posset prolata coniũ-
ctiua operari tunc aut ponitur inter ꝑsonas grauatas ⁊ ma-
net in sui natura vt ibi coniunctio ⁊ obligaret quẽlibet pro ꝑ
te coniunctio aut constituat duos reos si sic ambo poterãt: vt
l. si ex toto. §. j. de lega. j. ⁊. s. de consti. pecu. l. j. ⁊ aut. ibi posita
aut inter personas honoratas. ⁊ tunc aut sunt pares in obli-
gatione querenda ⁊ retinenda. ⁊ tunc aut opz dici ꝙ regulari
ter loquendo idem sit in contractibus ⁊ vltima voluntate vt
disiuncta accipiatur pro coniuncta ⁊ finis huius. l. respiciat
omnia precedentia. ⁊ scd̃m hoc corrigitur de stipu. seruoꝝ. l. sz
si ita. aut dicetur ꝙ in vltimis voluntatibus regulariter disiũ
cta accipitur pro coniuncta. in contractibus aũt secus sz obli
gatio vitietur. ⁊ tunc. d. l. non esset correcta. sed firma maneret
vt eo. ti. l. item si seruus. in fi. ⁊ tunc finis huius. l. refertur ad
proximum ver. fallit tñ in glo. l. gaius. ff. sol. ma. ratio speciali
tatis pz ibi in fi. l. item fallit in. l. si titio. de leg. ij. sed ibi ratiõe
adiuncti vt dictum est. s. in solutione contrarij. d. l. si titio. aut
non sunt pares in obligatione querenda vel non saltim in re-
tinenda. ⁊ tunc proprie ponitur: vt. d. l. fundus. de contrahẽ.
emp. ⁊. d. l. eum qui ita. §. qui sibi. de ver. ob. ⁊ hec vera si disiũ
ctiua ponatur inter personas proprijs nominibus nuncupa-
tas sed si appellatiuis nominibus iungatur tunc proprie po
nitur ⁊ ex ordine noĩationis sumitur prerogatiua affectionis
⁊ scd̃m ordinem vocantur vt. d. l. cum pater. §. penul. de leg. ij.
⁊ ad trebel. l. heredes. §. fi. vel ſm Iac. de are. admittuntur ibi
in subsidium secundo nominati vt. s. dixi. Si tñ querat vtruz
quilibet honoratus admittatur insolidum vel pro parte. dic
aut apponitur inter personas inter quas si poneretur copu-
latiua quilibet admitteretur insolidum. ⁊ tunc etiaz vbi disiũ
ctiua ponitur insolidũ admittitur. ⁊ sic loquitur lex ista in ca-
su in quo loquitur de tutore ⁊ sic de similibus aut apponitur
inter personas inter quas si poneretur copulatiua nõ admit-
teretur insolidum. ⁊ tunc quilibet vocatur pro parte vt qñ le-
gatur illi aut illi ⁊ sic intellige. l. istam cum si. Concludendo er
go breuiter inter materiam istam que est subtilis ⁊ vtilis ⁊ di
spersa ⁊ ꝑ multos forte non sic plene tacta dicamus ꝙ regula
riter coniuncta ⁊ disiuncta retinent propriam significationez
⁊ naturam q: in dubio nõ debemus recedere a propria signifi
catione verboꝝ nec in testamentis. vt. ff. de lega. iij. l. nõ aliter
nec in contractibus. vt. ff. de exercito. l. j. §. si is qui nauẽ. v. igi
tur in re dubia. ⁊ pro hoc in brocardis. de verb. sig. rubricella
verba in propria sigaificatione sunt accipienda ⁊ si quo casu
inueniatur coniunctiua accipi pro disiũctiua vel econtra hoc
est spãle ex aliquibus spãlibus rõnibus vt pz ex p̃dictis et h
innuit lex sepe. ff. e. dũ dicit sepe ⁊ dũ dicit interdũ ⁊ eo. ti. l. cõ
iunctionem. duz dicit nõnunq̃ quasi dicat aliqñ regulariter
tñ cõtrarium. ⁊ ꝓ hoc facit gl. ff. de condi. insti. l. si heredi plu-
res. videamus ergo primo aliquos casus vbi cõiuncta seu co
pulatiua sumit pro disiuncta. vnus est in. d. l. coniunctionem
ff. e. quoniam ſm naturam vbi copulata non possunt simul cõ
currere q: quis cum herede suo eodem tpe esse nõ potest quia
hereditas non est viuentis. Item in casibus illarum stipula-
tionum habere licere ⁊ ꝑ te ⁊ heredem tuum non fieri qui ibi
notantur in glo. sic est q: illud voluerunt contrahentes vt ibi
in glo. notatur vel illud in stipulatione, que reflectitur ⁊ sepe
cõmittitur. vt. ff. rem ra. ha. l. si procura. Secũdus casus est in
d. l. sepe. ff. e. ver. nam cum dicitur. ⁊ ratio est ibi propter iuris
dispositionem ⁊ cõem formam succedendi inductã ex lege vel
edicto pretoris. vna enim lex aliam determinat ⁊ distinguit vt
ff. de leg. l. non est nouum. ius ergo hoc casu suggerit coniun-
ctam accipi pro disiuncta. ⁊ ideo non est mirum si sic accipim⁹
sic etiam in institu. de inutili stipu. §. si quis sibi. ⁊ alij. de v bo.
obli. si mihi ⁊ titio. ⁊ de so. l. in his in fi. ⁊ l. nec enim. Item acci
pitur pro disiuncta qñ ponitur inter ea que sunt eiusdem po
testatis siue effectus. vt extra de rescript. c. ij. cum ibi notatis.
Nunc videamus econtra de disiuncta qñ accipitur pro con-
iuncta primo hac. l. cum quidaz sed potest dici ꝙ his casibus
fauor precipuus qui versatur in quolibet istorum casuuz hoc
facit vel vt incertitudo tollatur. vbi autem de odio tractare-
tur tunc disiuncta remaneret in propria significatione: vt di-
cta aut. si quando signata super. l. j. de constitu. pecu. ⁊. d. l. si
ex toto. de lega. j. §. j. Sed contra hoc videtur. ff. de noua. l. si
his. ⁊ l. a te. sed illud propter voluntatem cõtrahentiũ: vt ibi
patet

patet ⁊ notatur ad hoc ⁊ possunt adduci alia cōtraria supra signata ⁊ solui vt superius sunt soluta. Itez in.l.generaliter.§. de insti.⁊ substi.accipit̄ disiuncta pro cōiuncta.⁊.ff. de hered. insti.l.lucius. Sed potest dici ꝙ illud ꝓpter coniecturam voluntatis testatoris quē verisimile est sic sensisse.⁊ hoc etiā suggerit equitas q̄ꝛ vnum de alternatiuis nō pficit totā intentionem testatoris vel vt dicit glo.ibi ne sit dubium propter quez casum admittat̄ substitutus.vt.ff.qn̄ dies leg.ce.l.hmōi.⁊ de hoc etiam vide qd̄ ibi notaui. Restat ergo qd̄ dixi copulatiuā ⁊ disiunctiuam in propria significatiōe stare nisi ex aliqua cā reperiatur expressuz ꝯriūm ꝙ vna accipiatur pro altera vt ex predictis patet ad hoc vide qd̄ notatur p Jo.an.in clemen.de elec.c.in plerisq; vltra prin.⁊ de offi.dele.c. cum plures. li.vj. de istis cōiunctiuis ⁊ disiunctiuis vide qd̄ notatur p Archi. j.dist.c.ij.⁊.iij.lxiij.dist.c.ego ludouicus p eūdē.⁊.xxiiij.q.iij. c.de illicita.⁊ notat̄ in glo.p Dy.⁊ alios.d.l.sede.ff.⁊ eo.ti.l. triplici.⁊ de reg.iur.l.in eo.§.vbi verba.⁊ p Dy. extra eo.c. in alternatiuis ⁊ p Jo.an.ex predictis solui possunt infrascripte qōnes.prima est aliquis dixit dono tibi totā pecuniā quaz in bursa habeo vel in archa hoc casu vtraq; pecunia debetur q̄ꝛ premisso genere siue indefinito sequūtur qualitates que ampliant. vt.d.l.si qs ita.de aur.⁊ ar.leg. Itē si cōstituo procu.⁊ satisdo.iudicatū solui pro eo aut pro substituto ab eo ꝓ cōiuncta ⁊ ampliatiua sumitur eadē rōne. Sed ponamus intendo peregrinari ⁊ depono libros meos apud fratres p̄dicatores dico eis istos libros illi aut illi aut mihi restituetis.nunqd poterint vni tm̄ restitui aut oībus. Si acciperemus disiunctā ꝓ coniuncta oībus tm̄ esset restitutio facienda. Sed q̄ꝛ hec non videtur fuisse intētio loquētis vni tm̄ poterūt restitui ꝺm Ja. de ra.ar.ff.de dona.l.donationes.§.penul. depositi.l. publia ⁊ mandati.l.creditor.§.duobus. Ultimo pro declaratione eiꝰ qd̄ hic dr̄ ꝙ vbi disiuncta ponitur inter res vetera iura remanent incorrecta. Quero duo.primo cuius sit electio vtrū debitoris vel creditoris. Scdō nunquid vtraq; res sit in obligatione. Circa primum glo.que est hic dicit indistincte ꝙ est heredis. Sed de hoc dic verius vt.§.dixi ⁊ notatur.d.l.lucio. de leg.ij.⁊ notatur p Dy.plenissime ⁊ alios extra de reg. iu.c. in alternatiuis.lib.vj.⁊ p Card.de rescript.c.cū in multis vltra prin. Circa scdm̄ dubium an vtrūq; sit in obligatione glo.simpliciter dicunt ꝙ sic ⁊ alterum in solutione. vt.ff.de ver.ob.l. si duo.⁊ de leg.j.l.plane.§.fi. Sed hoc non est verū q̄ꝛ lege cauetur ꝙ si testator legat.x.aut.xx. sola.x. legata sunt. vt.d.l.si ita relictum.§.fi.de leg.ij. Itē si stipulor ab aliquo.x.aut qnq; ꝙ minus est in obligatione.vt.ff. de verb.ob.l.si ita stipulatꝰ fuero.x.aut quinq; que iura confundunt sniām glo.sed respōdet ꝙ verum est ꝙ minor quātitas debetur in effectu q̄ꝛ debitor minorem quātitatez eligeret ⁊ ideo dicit̄ pro eo ⁊c.⁊.i.pinde est in.d.l.si ita relictum.§.fi.sed hoc nō placet Pe.q̄ꝛ iurisconsultus loqui sciuit bonū latinum.vnde sola minor quantitas est in obligatione.⁊ ideo distinguendū est scdm̄ euz aut est electio creditoris ⁊ tunc vtrūq; est in obligatiōe lz alterum sit in solutione ⁊ sic intelligunt̄ prealleg.ll.si duo. ⁊.l.plane.§. pe. Si est electio debitoris tunc subdistingue aut illa duo inter q̄ alternatio fuit ita se habent ꝙ certum est alterum non preualere alteri in estimatione vel affectiōe vt qn̄ quis stipulatur.x. aut quinq; vel legat.x.aut.xx.tunc q̄ꝛ in numeris nō cadit affectio.vt.ff.de in litez iuran.l.nūmis.id qd̄ est minus est in obligatione ⁊ sic intelligantur prealle.ll. si ita relictum.§.fi. lex si ita stipulatus. Secundo casu qn̄ sunt talia ꝙ vnum preualet alteri affectione vel estimatione vt est qn̄ stipulatur vel legat sticbum aut pamphilum q̄ꝛ tunc potest esse ꝙ magis diligat vnum quā alium licet alter plus valeat vt instituta de act.§. huic ver.preterea.tunc vtrūq; est in obligatione alterū in solutione sic intelligatur.ff.de iure do.l.plerūq;. de lega.ij.l.lucio.⁊ de constitu.pecu.l. illud aut illud. ratio autem est q̄ꝛ lex non proditur in casu inani vel superuacuo.vnde cū est alternatio in summis constat ꝙ maior summa preualet minori in qua nō potest cadere affectio.⁊ ideo presumit.l. ꝙ minor summa sit in obligatione q̄ꝫ verisimile est quēlibet debitorem electurum q̄ꝛ nemo presumitur iactare pecunias suas.vt.ff.de ꝓba.l.cum de indebito.sed vbi est alternatio in speciebus quarum vna potest alteri preualere affectione vel estimatiōe tūc lex nescit quā promissor magis affectet.⁊ idō vtraq; est in obligatione hoc ex parte debitoris: sed ex parte creditoris non distinguitur inter res preualentes affectione vel estimatione. lz indistincte dicimus ꝙ vtrūq; est in obligatione. sed cur. tam varie dic ꝙ alia ratio est in creditore quia in eo non est tam vehemens presumptio ꝙ velit acquirere lucrum.⁊ ideo non presumit lex ꝙ maior quantitas sit in obligatione ⁊ ꝙ non sit ita

vehemēs presumptio ex parte creditoris probatur q̄ꝛ lege cauetur ꝙ legatum ⁊ stipulatio collata in arbitrium creditoris valet vt.ff.de lega.j.l.senatus.§.legatum.⁊.l.si ita.§.illi.⁊ de condi.⁊ demon.l.si expssum nō aūt valeret collatio in arbitriū debitoris.vt.ff.de verb.ob.l.stipulatio.⁊.l.a titio.§.fi.licz glo. corrupta ibi male dicat sic in casu proposito potest esse ꝙ creditor nō petet nisi minorē quātitatem ꝺm Pe. Ista sunt subtilia ⁊ facit ad hoc ꝙ solet notari.ff.de verb.ob.l. inter stipulātem.§.si stipulante.⁊ qd̄ no.p Dy.circa glo.que est de vb. ob. l.j.§.cum adijcitur.⁊ de hoc etiam tangitur per eundē Dy.dicto.c.in alternatiuis.⁊ latius in.c.in obscuris eo.ti.⁊ in alphabeto dictione aut. Predicta tanq̄ꝫ vtilia ⁊ continua alibi dispersa hic colligenda putaui vtile tam ex dictis Cy.quā plurium aliorum doctorum.de verbo suggestio.vide.§. de leg.ij. ⁊ hac lege.

Suggestioni. Declarat qui cōtineātur appellatione familie de quo habetur.ff.e.l.ꝓnūciatio.§.familie.⁊.l. detestatio.§.fami.⁊ in alphabeto sub littera f dictione familie interdum tm̄ cōtinet solos seruos vt notatur p Arch.liiij.dist.c.qui ex fami.⁊ dic ꝙ cōsiderat̄ vtrū nurus et gener sint de familia tpe testamēti lz nō sint tpe mortis vt hic ⁊.ff.de reb.dub.l.si cognatis.sed contra hoc videtur.ff.de postula.l.cui cor.§.j.sed ibi volebat sub affinitatis velamine ad alias sibi prohibitū actū admitti hic vero sub verbis a testatore prolatis includi qui nullū aliū proximiorē habebat cui posset familie vocabulū adaptari.⁊ idō iste audit̄ arg.ff. de fundo instruc.l.fundus qui locatus.Ol. ¶ Op.ad id qd̄ h dr̄ vocari familia si nō est facta mētio spālis de aliquibus. sed contra ff.de leg.ij.l.oīa.§.fi.alias est sub.l.cū ita ⁊ incipit in fideicommisso.dic aut testator dixit relinquo tali ⁊ tali de mea familia ⁊ tunc restitutio dz fieri tm̄ illis aut voluit ꝙ restitueret̄ familie quosdā nominando.⁊ tunc videt̄ noīatos primo p̄dilexisse ar.ff.de statulib.l.gnāliter.§.quid ergo. Sed contra hāc solu. videtur q̄ꝛ spālis noīatio vr̄ superuacua.vt.ff.de fun.instruc. l.quesitum.§.penul.⁊ ideo dic vt ibi.secundo loco soluitur et ita intelligitur lex ista. ¶ Secundo op. ꝙ nō sufficiat esse de familia tpe testamēti immo oporteat ꝙ sit tpe mortis vt.d.§. in fideicōmisso glo.soluit ibi.⁊ male Dy. vero soluit ꝙ ibi dz intelligi p subauditum supplendo ibi etiam tpe mortis p preallег.l.si cognatis considerata capacitate de iure spāli nō de iure primo antiquo cōi q̄ꝛ tunc consideratur tp̄s mortis: vt.ff. de iur.fi.l.non intelligit̄.§.si qn̄.vel dic ꝺm Pet. considerata demonstratione testatoris. Nam aut testator relinquit p modum cuiusdā demonstratiōis.⁊ tūc sufficit ꝙ altero tempore sit capax vt hic ⁊.d.l.si cognatis. ⁊ hoc videt̄ dici in.l.peto. §. fratre in fi.ꝙ facit ad qōnem notatam in glo.ff. de serui. rusti. predi.l.certo generi. Cy.

¶ Si quis omissa causa testamenti. Rubrica.

¶ Super rubric. Uide Az.in summa eo.⁊ Rof. in libello eo. ti.de act.in factum ex edicto si quis omissa causa testamenti.⁊ in Spec.de testa.§.item plerūq; vbi libellus formatur ⁊c.

